Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



123

tis glam exspectam nisi agnitione remisse si cum omni instantia
accedentes conquirimus. hoc in uidetur et cum festinatione tran
sire iordanem. cum uero transierimus obtinere poterimus quod obtinere
debemus. rursum nos diligentius accuratiore cura succedit. ne for
te negligentius incedentes impulso aliquo lapsu effundantur
gressus nostri. sicut ait pheta dicit. paulo minus effusi sunt gressus
mei. nec remissior nobis sit sollicitudo in conseruandis.
quam in acquirendis debet esse uirtutibus. Aut hoc nobis de
signari uidetur in eo cum dicit. quadraginta milia uiros ac
cinctos expedite transiere ad pugnam in conspectu domini ad expug
nandam hiericho ciuitatem. Requiramus quisti sunt qui scriptura dicit
accinctos expeditos. ego ex memetipso presumere aliquo expeditum
esse non audeo. apostolus magis litteris doctam in talibus. qui sunt isti ac
cincti paulo exponente discamus. Audi quid dicit. Estote igitur accincti
lumbos uestros in ueritate. Videsne igitur quia paulus accinctos nominauit
eos qui precincti sunt cingulo ueritatis. Ergo et ita nostrum cingulum esse debet
ueritas. si tamen seruauerimus militiae huius et in cingulis sacramentum.
Si enim ueritas est cingulum nostrum. quad christi militiam cingimur. si quando
falsum loquimur et mendacium de ore nostro procedit. discingimur ami
licia christi et baltheum ueritatis exsoluimus. Sumus igitur si in ueritate
christi cincti. sin autem in falsitate discincti. Si nos uinitem potius
illos xl. milia uiros accinctos procedentes ad bellum in conspectu
domini et semper simus in ueritate succincti. Sine illud quod de ociose
preterit quod ad dicit scriptura. quia accincta procedebant in conspectu
domini. Hoc enim sufficit te apud homines seruare ueritatem. Impossibi
le namque est fallere homines et uerae uideri. si non ex eo in ueritate
succinctus es. in et in conspectu domini seruauerit ueritatem. idem non solum
quoque homines audiunt. sed ea quae in corde prospicit dominus. Nihil
est in lingua falsum. nihil in corde fucatum. secundum quod pheta